

137
Historia Nativitatis Christi

sub nomine
Poetae Christiani Illi

Carminis Elegiaci

expressa

in qua ^{ab origine huius} ~~historia~~ ^{missa} ~~historia~~ ^{missa}

Annua jam repelens capricorni sidera Christi

Natalem revehit Phoebus ab axe diem,

Qua promissa Dei soboles aeterna parentis,

Christus ab intacta virgine natus homo.

Hinc neq' Heridum mihi sunt tentanda Deorum

Munera, nec tenera doctis Apollo lyra;

Nec Jovis auxilium, aut Larvassi culmina montis,

Nec vada, Gorgoneus quae pede fecit equis:

Ipse sed is, qui nos propter nostramq' salutem

Aetherea rutili missus ab arce poli.

Ergo Christe fave, laetis omnipotentis imago,

Dum versat laudes Musata nostra tuas;

Dumq' tuas causas memoro atq' exordia vitae,

In mea, praesenti munere, vota veri.

Quem Deus in prima fabricator origine mundi,

Totius ex nihilo conderet orbis opus,

Sinula constituit certo sic ordine ferri,

Testari ut possent esse creata Deum.

Sic Phoebum rosea praefecit luce diei,

Imperium et factae Cynthia noctis habet:

Sic habitare feras terram, sic aequora pisces,

Aera, per liquidum currere iussit aves:

Inde creaturam, cui cuncta creata subessent,

Condidit, et solidae quae dominetur humo,

Ut sit aeternae conformis mentis imago,

Integram integrâ luce creavit eam.

O quantas animi dotes accepit Adamus!

Archetypi similis debuit esse Dei.

Ergo suam, coeleste decus, comunicat illi

Iustitiam ac mentem, munera summa, Deus

Ut vitare necis iura ac Cadamonis astus,

Iustitiam et posses liberiore frui;

Sed postquam vitulos decersit ab arbore fructus

Foemina, vipereis illaqueata dolis,

Mox Astrea, hominum fugiens consortia, rursus

Desertis terris aethera laesa subit.